



## **Universitätsbibliothek Paderborn**

### **Theologia Moralis, Seu Resolutio Casuum Conscientiæ**

Juxta Sacram Scripturam, Canones, Et Sanctos Patres

Continens Tractatus de Sacramentis in genere; de Baptismo, de Confirmatione, Eucharistia, Sacrificio Missæ; Constitutionem Innocentii XII. super celebratione Missarum, variaque alia decreta

**Genet, François**

**Parisiis, 1703**

Q. 3. Confirmatio est-ne Sacmentum?

**urn:nbn:de:hbz:466:1-40834**



## TRACTATUS TERTIUS.

DE

SACRAMENTO  
CONFIRMATIONIS.

## CAPUT PRIMUM.

*De Definitione, institutione, & necessitate Confirmationis.*

Quæst. 1. *U id est Confirmation?*

Resp. **Q** Est Sacramentum à Christo Domino institutum, quo baptizati recipiunt specialem gratiam ad propugnandam fidem per impositionem manuum Episcopi, & unctionem sancti Chrismatis. Hæc definitio sufficieret explicabitur per sequentes quæstiones.

Quæst. 2. *Quare hoc Sacramentum dicitur Confirmation?*

Resp. Hoc Sacramentum tripliciter nominatur, quippe vocatur manus impositio, ex modo conferendi ipsum; & dicitur Chrisma, ratione materiæ, & nuncupatur Confirmation ratione effectus; ut enim ait Catechismus

**D**e **Sacr.** **C**on. **C**onc. **T**rid. *Ab eo nomen Confirmationis ei*  
**s**erm. **§. 18.** *impositum est, quod hujus Sacramenti virtute*  
*Deus in nobis id confirmat quod Baptismo ope-*  
*rari cœpit, nosque ad Christianæ soliditatis*  
*perfectionem adducit.*

Quæst. 3. *Confirmation est-ne Sacra-*  
*tum?*

*De Sacramento Confirm. Cap. I. 109*

Resp. Est de fide, Confirmationem esse Sacramentum, cùm id definitum fuerit in Concilio Tridentino sessione 7. Can. 1. De Confirm. his verbis: *Si quis dixerit Confirmationem baptizatorum otiosam ceremoniam esse, & non potius verum & proprium Sacramentum, aut olim nihil aliud fuisse, quā Catechesim quandam, quā adolescentia proximi fidei sua rationem coram Ecclesia exponebant, anathema sit.*

Quæst. 4. Quandonam Christus instituit Sacramentum Confirmationis?

Resp. Dicendum est, inquit sanctus Thomas, quod Christus instituit hoc Sacramentum, non exhibendo, sed promittendo, secundum illud Joannis 6. Si non abiero, Paracletus non veniet ad vos: Si autem abiero, mittam eum ad vos. Et hoc ideo, quia in Sacramento datur plenitudo Spiritus sancti, quæ non erat danda ante Christi Resurrectionem & Ascensionem secundum illud Joan. 7. Nondum erat Spiritus datus, quia Jesus nondum erat glorificatus.

Quæst. 5. Quare oportet ut Christiani post Baptismum suscipiant Sacramentum Confirmationis?

Resp. Ratio habetur in Canone ubi legitur: *Spiritus sanctus qui super aquas Baptismi sanitifero descendit illapsu, in fonte plenitudinem tribuit ad innocentiam: in Confirmatione augmentum prestat ad gratiam. Et quia in hoc mundo tota etate viciuris, inter invisibilis hostes & pericula gradiendum est, in Baptismo regeneramur ad vitam, post Baptismum confirmamur ad pugnam: in Baptismo abluimur, post Baptismum roboramur. Et quamvis continuo transituris sufficient regenerationis beneficia, viciuris tamen necessar-*

D. Th. 3. p.  
q. 72. art. 34  
ad 1.

Can. Spiritus  
sanctus. De  
Consecr. dist.  
5.